PRÆFATIO.

FRuſtra in B. Rolfincii laudes me diffunderem cujus de republica literaria merita univerſus deprædicat terrarum orbis. Celebrant dudum in poſteros propagati labores, interquos maxime eminere videtur præſens opus, quod Tibi, candide Lector, ſiſtimus, THEATRUM PRACTICUM inſcriptum, quod pro indubitato B. Autoris Fœtu agnoſce & excipe. Loquitur hic poſt fata tanti Luminis Vir, & quicquid in ipſo acuminis fuit, hic certe patefactum eſſe videtur. Succincta utitur methodo, ne ingenia confunderentur & Lectori tædium creatur, nihil intactum relinquit, quæ ad medicinam ſpecialem facere & animi curioſitatem explere videntur.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn323764193/11
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft